



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**De Monstris Et Monstrosis, Qvam Mirabilis, Bonvs, Et
Ivstvs, In Mvndo Administrando, Sit Devs, Monstrantibvs**

Stengel, Georg

Ingolstadij, 1647

§. 6. Sine potestate à Deo datâ in neminem posse intrare diabolos.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-51168](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-51168)

fas, inter maxima beneficia diuina, est vnum, à dæmone insidente liberari; & quod pauci agnoscunt, multò maius; dæmonem ita arceri, vt nos semper volens, nunquam tamen audeat inuadere. Multos sanauit I E S V S, multa varijs beneficia contulit, quæ iussit taceri, & nemini dici: at quando, apud Gerasenos, eiusmodi hominem liberauit, dixit illi: *Redi in domum tuam, & narra, quanta tibi fecit Deus.* Quod & ipse, qui sanatus fuerat, agnouit. Nam abiit per vniuersam ciuitatem, prædicans, quanta illi fecisset. I E S V S, quem proinde, tanquam Deum, quem iussus est prædicare, agnouit.

Luc. 8. 39.

§. VII.

Sine potestate à Deo data, in neminem posse intrare diabolos.

Hæc talia igitur tantaque hominibus damna ab hoste humani generis cur inferri finit Deus? Nam sine eius nutu non inferuntur. Si enim Iobum non potuit vel in fortunæ, vel in corporis bonis attingere, nisi potestate à Mundi Authore & Governatore accepta; quantò minù poterit in ipsum hominem intrare, & vires eius inibi vastare, sine concessa sibi à Numi-

Iob. 1. 12.
& c. 2. 6.

ne,

ne, permissa que facultate? Enimvero si Luc. 8. 32.
 neque in porcos potuit ingredi, sine eius
 permisso, quis credat, id illi in homines li-
 cere, nisi diuina prouidentia ita ordinante?
 Quanta enim dæmones damna corpori-
 bus & animabus obsessorum inferant, vi-
 dimus. Si non refrænantur, omnia pes-
 sum irent. Est in illis vis maxima, volun-
 tas nocendi summa: &, vt scriptura ait;
Non est super terram potestas, quæ comparetur Job. 41.
ei. Etenim, si permittantur, omnia nunc 24.
 possunt operari, quæ in natura pura
 facere potuissent; cum post peccatum na-
 turalia in eis integra manserint, vt cum
 S. Dionysio, & S. Thoma scholastici Do- S. Dionys.
 ctiores tradunt. Ad has vires accedit in il- de diuin.
 lis voluntas & libido extrema mortalibus nomina.
 damna inferendi. Cur igitur id non fa- cap 4.
 ciunt? manus illorum ligantur. Quod S. Thoma.
 etiam ex illis Christi verbis discimus: *Si- i. p. q 64.
 mon, Simon, ecce Satanas expetinit vos, vt a. 4.*
cribraret sicut triticum: ego autem rogavi pro Luc. 22.
te, vt non deficiat fides tua. 31.
 Impeditur igitur sæpe, ne noceat; &, vt noceat, Dei
 debet sententiam voluntatemque expe-
 ctare. Tantum potest, quantum ille
 permittit, qui in vnum hominẽ plus huic
 Ff 2 carni-

carnifici permittit, in alium minus. Cur igitur diabolo, hosti suo & hominum, permittit Deus ista? Hosti, aio? immò hosti ferocissimo, crudelissimo, immanissimo, hosti corporum tortori, & animarum insidiatori.

Claud.
lib. 1. in
Ruffin.

Quid talo immanes unquam gessisse feruntur

Vel Scinis Isthmiaca pinna, vel rupe profunda

Scyron, vel Phalaris tauro, vel carcere Sylla?

O mites Diomedis equi, Busiridis arae Clementes. Iam Cinna pius: iam Sparatace lenis

Plutoni collatus eris.

§. VII.

Varia caussa, ob quas divina bonitas hominum sinit ab insidente humani generis hoste vexari.

Cur spiritus nequam in homines ingredi gestiat, caussa in proapatulo est; adeò voluntas illius auersa est à Deo, vt quia Deo nocere nequit, saltem creaturam illius dinexet: quam etiam idcirco odit, quia Deum odit; & cui inuidet, quod Diuina maiestas, relictâ Angelicâ naturâ, in vni-

tatem